

54



P. m. 254

W. Hermann, D.

Abt 2j - 87

8
Quò vadis, nescio quò vadam?

*Quò nos tandem fata trahunt, retrahuntq; sequamur.
Terra quævis alit artem.*

i. e.

Beata nox Germanis, Bona Dies Hol-
landis.

Valete Oculatissimi mei Germani, pacem exopto Bel-
gis & omnibus piis.

En! ligor, en! mea Laus Magnis notissima querit
Orbem natalem qui dabit: Ajo. Vale

Non magis in patriâ, patria invenienda putatur
Heus aliò floret, sub mea, Sole, Salus.

M. SEVERUS SCHULTETUS, S. S. Th. Canddt.

quem Deus & bonæ Musæ norunt,

D. LUCAS OSIANDER,

Dominabimur aliquandò in novo mundo, quem Deus creabit,
postquam veterem aboleverit.

Quod fertur dixisse Bias: porto omnia mecum,

Quadrat in excultos artibus ingenuis.

Omnia nobiscum portamus; sive per æquor

Sivè excurrendum per loca secta situ

Sarcina & nulli gravat. istâ cum naufragus ex spes

Enatat ipsa simul, littora tuta legit.

Anno 1676.

VIRI S

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis atq; Doctis-
simis Dominis

DNO. ADOLPHO LUDWIGO

Hundertmarck / Judici, Dominis Consulibus Se-
natoribus, totiq; Ordini Senatorio in Aken /

Patronis meis & Mecenatibus, omni reverentia cultu
demisse colendis.

Conf. Ved. & Insc.

Levia hæc & tenuia recipiatis manu benigna, & meis
Musis faveatis humilimè oro.

Quod hæc levia & tenuia Vobis nuncupare ausus fuerim, causa non
vana nec una est. Facit inter alias Vestra versus fideles verbi divini
proeones Benevolentia planè singularis, quam multi exstollunt & de-
predicant. Accipiatis igitur hocce Manusculum licet vile & exiguum ab
animo pondus habet meo. Nihil enim aliud quam quendam verbulorum
Chartaceorum manipulum Rheda mea vehunt, & quid Iri Rheda aliud vehe-
re possunt? sed rei pretium ne estimetis, multa & majora in honorem Vestre
Nomin. à me conscripta, lecturè digniora brevitemporis intervallo videbitis.
Aqua vola est ab Obviante devoo Cultore dono data, ne itaq; illam Persie
Regis Artaxerxis exemplò respuat; Rapacium est Manusculum Ludovici
XI. Galliarum Regis exemplò ne rejiciatis, summis contendo à Vobis preci-
bus. Supremus Rerum Arbiter clementibus exaudiat auribus devotum in
gratiarum actione subnexum votum per & propier meritum regni nostri
in Secula benedictum. Vincatis hostes vestros precibus ac armis, Cives
animis, Corvos annis: Dent Vobis Dii largam manum, longam fidem,
longam vitam, & post hanc, eternam vitam & Coronam amarantinam.

Sic exoptat & precatur
Vestr. Vestr.

Servus

M. SEVERUS SCHULTETUS



Quo vadis, nescio quò vadam?

Est domi ubiq; Bonus, sapiens non exulat usquam

Omne solum Forti patria, & omne salum

Exilium est ubicunq; malè est, Patria est, ubi contra,

Patria ubiq; bonis, exiliumq; malis

E Gregie olim Socrates interrogatus, Cujatem se ferret? Mundanum Respondit. Magnus enim erectusque animus non includit se istis, ab opinione terminis, sed cogitatione & sensu totum hoc Universum complectitur, ut suum. Vidimus stultos & risimus, quos Custos aut Magister alligabat straminis vel exigui nodo: atque illi stabant, quasi ferro aut verâ compede devincti. Similis hæc nostra amentia, (pereleganter disserit Lipsius d. Constant.) qui futili opinionis vinculo astringimur ad certam terræ glebam. Ecce in hac mortali vita currimus omnes, per plana & aspera, trudimur per summa, per ima, mera fortunæ & tempestatum ludibria, sine pace, sine solatio, semper indigi, donec manumissò semel quod gerimus corpore, quasi procellarum solenni theatro, innocenti vitâ & morte immortalitatis metam attingimus, (verè & purè dictum ab Ethnico, Romano Sapienti, Seneca) Ex philosophia edoctus utramque fortunam generosè proculcare, fortiq; cacchinno omnesq; miseras ac arumnas concoquere. In Omni fortunæ seu ridentis plausu, seu ferientis acerbitate meum semper mihiq; constantem servavi animum. Hæc sæculi nostri per-versa indoles, aliud animo coquere, aliud fronte mentiri, superbiam demissione tegere, ambitionem honoris contemptu vestire, audaciam moderatione velare, iram & odium sub fictæ

amicitiæ notis maturare. Discant velim hiantia emortuæ fortunæ mancipia, avidi honorum venatores, ut beatè feliciterque vivant, sua temperare desideria, dum intelligunt subterfluere gratam felicitatem, velut pontes prælabuntur aquæ, & dum venientem aspiciunt effugere eam, quæ advenerat. *Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur, & eò die, quò luserunt navigia, sorbentur.* Tu ergò cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum, omninò in signum gratiæ propinquantis. Für ein Zeichen daß Gottes Gnade nicht ferne ist. Bernh. Serm. 34. super Cantic. Nam sicut ante ruinam cor exaltatur, ita ante exultationem humiliatur. Sanè utrumque legis, Deum scilicet & superbis resistere, & dare humilibus gratiam. Cyrill. libr. XII. c. 25. in Johann. *Magni labores atque perpetui perpetuam afferunt gloriam.* Seuffzen und Wehflagen seyn zum Heyl und nicht zur Straffe. Ne dicas, hæc fecit mihi Diabolus prorsus ad Deum tuum refer flagellum, quia nec Diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat qui desuper habet potestatem. Augustin. Ps. 3. Exposit. 2. Sprich nicht/ diß hat mir der Teuffel gethan/ (wenn es dir nicht nach deinem Willen ergehet/ und dir böses begegnet) rechne die Ruthe damit du geschlagen wirst/ den lieben Gott zu/ sintemahl der Teuffel dir nichts thun kan/ es sey ihm dann von Gott erlaubt/ als der die höchste Gewalt von oben hat. Flagellum est Domini Dei tui, non potestas tentatoris. Tota ista miseria generis humani, in qua gemit mundus, noveritis fratres, quia dolor medicinalis est, non pœnalis. Augustin. super Psalm. 103. & 138 & lib. d. vera innocentia. c. 204. Ad hoc excoquantur tribulationibus mortales, ut vasa electionis evacuentur nequitia, & impleantur gratia. Lactant lib. V. cap. 23. d. justit. *Nemini mirum videri debet, si pro nostris sæpè delictis castigamur à Domino; imò verum vexamur aut premimur, maximè gratias agimus indulgentissimo Patri, qui corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis & verberibus emendat.*

dat. Unde *Conjectura est*, inquit Augustin. Serm. ad Lipp.
cum *te Deus corripit, te & in electorum numero destinatum*. Nam
sine tribulationibus nequaquam ad Deum pervenire possumus.
Omnes enim qui ad Paradysum redire desiderant, oportet
transire per ignem & aquam, sive fuerit Petrus Apostolus, cui
sunt datae claves regni Coelorum, sive, Paulus Vas electionis,
sive Johannes, cui sunt secreta Coelestia revelata. Necessesse est,
ut omnes pii dicant, *Per multas tribulationes oportet nos intrare
in regnum Dei*. Actor. XIV. Cyprian. Serm. IV. de mortal. Basil.
Serm. d. Grat. Deo agend. Augustin. Medital. c. 38. Megalander
Luther. ad illud Psalm. XXXIII. *Oculi Domini ad justos*. Quid
verbis virtutem, & factis veritatem destruere prodest? NB, si-
mulata, ficta, & fucata verba, de promptam ore fidem praevari-
catione elidunt, mentisque testimonio reprobant. Itaque in
salutis portu constituti, tanquam marinò turbinum naufragiò,
tragicò aliorum eventu commoveamur; nam vitæ nostræ re-
mus non temerariis fati motibus agitur, sed à Deò nauclero dis-
ponitur, & gubernatur, cui variè adflicti, inque misericordià
spem ponentes servi speciali curæ sunt, & à quò emergendi è
fluctibus carinam ignorantem amantur plurimum, perindè, ut
gestatum sub corde infantem blandis ocellis mater contuetur,
Nos cum Viatores simus & peccatores in his terris, perpetuam
pacem & felicitatem non expectemus, sed ad crucem feren-
dam, ad fletum & ploratum maturè nos præparemus. Exem-
plis abundant scripturæ sacr. Vet. & Nov. Testamenti. Nemi-
nem immunem esse ab afflictionibus, neque Reges, neque Prin-
cipes. *Abel occiditur*. Genes. IV. *Noah arca velut carceri includi-
tur*. Genes. VII. *Abraham exulat*. Genes. XIII. & tentatur. Ge-
nes. XXII. *Jacob à socero iniquè tractatur* Genes. XXX. *Josephus
venditur*. Genes. XXXVII. *Jobus maximè affligitur*. Cap. I. & II.
Israëlitæ in Aegypto premuntur durissimè, Exod. I. *In deserto circum-
vagantur; in terrà Canaan ab hostibus sepius affliguntur, praesertim*

tempore Antiochi, ante adventum Christi. Post hujus ascensionem re ipsa experti sunt Apostoli quod prædictum fuit. Petrus & Andreas crucifixus, Jacobus Major decollatus. *Quicquid hujus mundi est, aut est præsens, aut præteritum aut futurum. Si præsens, instabile, si præteritum, nihili, si futurum incertum est.* Hieron. Casp. Han. Trifol. c. 2. fol. 33. Calamitas melior est perpetua prosperitate Chrysof. Casp. Han. Hochzeitpr. ex Psalm. 60. v. 8. l. c. 3. Injustum esse non potest, quod placuit justo, Gregor. Nicand. post Eveng. p. 3. f. mih. 178. In terrâ certas, in Cælo Coronam habebis. Ab hominibus puniri, sed à Deo honorari, Chrysof. Homil. 47. ad popul. Antiochen. Lucas Pollio von ewigen Leben. c. 2. fol. mih. 108. Quos verò mundus ut abortivos rejicit, hos Christus ut filios recipit, Cyrill. Paul. Jen. d. morbo corporis c. 5. fol. 82. p. Jen. conc. von Armen, fol. 16. Hartm. Braun, Trifol. l. C. 4. Dejicit aut relevet. premit, ut solatia præstet:

Enecat, ut possint vivere & esse simul, Eobanus. Nicand. post Evangel. p. 3. fol. 134. An Deus provideat, & summa diligentia omnia gubernet, homo verus seu Christianus sincerus non dubitat, sed modum, quò hoc agat, ignorat. Chrysof. Homil. 1. d. Incomparat. Dei nati. Ne nimis excurram, manebo in hoc gyro. Ita enim statuo, ut non æquâ magnitudine rerum Conditor Deus sidera omnia definivit; sed alia aliis majora, alia aliis illustriora Cælo suspendit; ita per varios gradus & ordines, status & conditiones mortalium Rempublicam distinxisse. Sunt suæ Cælo Hyades: sed quia damnatæ ad lachrymas vix unquam ex luto emergunt, latere delectantur. Sunt suæ Bootæ Arcades; sed quia tardus ipse eas lentè impellit, vix modicum audent inter reliqua sidera enictare. Adeò & stellas ipsas suæ ignobilitatis pudet, ut mortalium oculis sese objicere vereantur. At verò qui verò augustiore lumine paludatus incedit, Sol, suo semper illustris meridie, tenebrarum fixæque sedis inpatiens quotidiano cursu totam Cæli Orbitam dimetitur.

Memi-

Mémenerint Heroum filii, quos ad publicam mundi gloriam
generosus sanguis enutrivit, sed neque sub polo natos, ubi lon-
gissimæ noctes subjectos populos suis tenebris involvunt: neque
infimæ magnitudinis stellas esse, quibus latendi necessitatem na-
tura indiderit: sed cum sole partiri curas, & ipso nobilitatis ti-
tulo ad impendendos suæ claritatis radios in sepositas mundi
regiones invitari. Sint sanè obscuro nominis mortales, qui ex-
tra tugurium suum & paternæ hæreditatis sepes mundum igno-
rent; sint quibus vicini montes sint mundi limites: ad eos, qui
solis indolem, & lucendi privilegium fortiuntur, turpe est suo
semper in Oriente commorari, eodemque quò nati sunt loco,
elanguentium in morem stirpium interire. Magna flumina sunt
magna stemmata: quæ quantumvis ab ortu modica, in ipso ta-
men natalium suorum labro sollicitâ trepitatione in cursus an-
helant. Sed crescit ab ipso cursu gravitas; & quò plures amplio-
resque provincias peragraverint, augustiore semper Majestatis
accessu cumulantur. In paludes migrant, limpidissimæ licet a-
quæ, quæ suam ad Originem detinentur: at si liberò fluxu pro-
mittantur, per ipsa etiam occurstantia saxa purgantur in argen-
tum. Neque hic illud à me solum agi existimate, ut vana nomi-
nis species, & illustris fucus exterorum oculis infundatur totusque
peregrinationis fructus sit *videri & agnosci*. Plura addere superse-
deo in Tractatu de peregrinatione meâ plura annotabo & leges.
Qui filios vestros sapientiæ Veneratores desideretis, in Belgium
solum ablegate, ubi bonarum Artium fervent Lycea, & huma-
næ divinæque sapientiæ Academia. Leidensem, Ultrajectinam,
Chröninganam, Franequeranam, Neomagianam. Hardevicen-
sem, Universitates Visitent. Revocabitis inde Eloquentiæ facun-
dos, Heinsios, Boxhornios, Barlæos, Gronovios, Grævios Ma-
thematicâ Informatos Seldenos & Schockios, Historiâ Graves
Hornios, Jonstonios, Jurisprudentiâ eruditos VVisenbaccios,
Vinnios, Mestertios, Schoranos, politicâ excellentes Steinber-
geros

geros & Lipsios. Omni rerum experientia, sive ad familiae vestrae praesidium, sive ad provinciae Reique publicae ornamentum excultos: ut sive in conversationibus eruditos, sive in judiciis aequos diribitores, sive in armis fortes ac generosos, sive in rerum tractationibus expertos efflagitatis; haec universa vos ex obitis paucorum annorum peregrinationibus recepisse gratulemini. Me quod attinet, Oportune factum arbitror, latentem aliquam quaerere quietem in Belgio, In cuius sinu olim beatissima pace hospitatus, belli fremitu eiectus. Haud Deo infrequens est, in isto persecutionum aestu excitare pios Obadias & interdum veros Constantinos, qui pulsos foveant suscipiant & promoveant, Scilicet est verum id, sequitur sua certa laborem. Gloria, nec deserit Deus suos

Nunquam deseritur justorum nobile stemma

Si modo propitium Numen honoret idem.

Datq; suo pietas Cultori premia alumnorum

Ergit e Caeno Musa Themisq; suum.

Ceterum & onus paupertatis, quod Bonis mentibus tantum non fatale est, supportare necesse habui, nec defuere Mecanates, qui ex jugi benevolentiae suae fonte rivulum aliquem deduxere in amentia mei studia. Incomparabiles pauperum patroni Dominus Licent, Keuling Superint. Sal. & Dn. M. Joh. N. Jacobi, Superind in Gummern. qui beneficiorum imbre quodam me perpluerunt, ceteros Pastores & Evergetas meos brevi temporis intervallo, publico scripto cohonestare dignabor, modo finio.

Vita quid haec est nostra? peregrinatio certe

Et labor est, mandat quem tolerare Deus.

Sive quis edoceat sacri, Mystera verbi

Sive terat Regum justitiaeque vias

Sive Sophistarum tentet dissolvere nodos


Sive petat victum sedulitate suum


Res haec exemplum si forte careret abunde


Exemplum possem & hanc stabilire meo.

NB. Quid te pauperis appellatio perturbat? memor sis naturae tuae, quod nudus ad mundum venisti, & nudus iterum discedes. Quid autem nudo pauperius est? pauperem esse probrosum non est, sed paupertatem non generose ferre. Basil. Conc. cent. Irasc. Paupertas a quo amoris ostendit. Hieron. in Epistol.

Ao. VaLete oMnes DIV fortVnatè, egenIs qVI benefeCistIs & probls.







Quò vadis, nescio quò vadam?

*Quò nos tandem fata trahunt, retrahuntq³ sequamur.
Terra quævis alit artem.*

i. e.

Beata nox Germanis, Bona Dies Hol-
landis.

Valete Oculatissimi mei Germani, pacem exopto Bel-
gis & omnibus piis.

En! ligor, en! mea Laus Magnis notissima quærit
Orbem natalem qui dabit: Ajo. Vale

Non magis in patriâ, patria inveniendâ putatur
Heus aliò floret, sub mea, Sole, Salus.

M. SEVERUS SCHULTETUS, S.S. Th. Canddt.
quem Deus & bonæ Musæ norunt,

D. LUCAS OSIANDER,

Dominabimur aliquandò in novo mundo, quem Deus creabit,
postquam veterem aboleverit.

Quod fertur dixisse Bias: porto omnia mecum,
Quadrat in excultos artibus ingenuis.

Omnia nobiscum portamus; sive per æquor
Sivè excurrendum per loca secta situ.

Sarcina & nulli gravat. istâ cum naufragus exspes
Enatat ipsa simul, littora tuta legit.

Anno 1676.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19